DECISIO
S. ROTÆ ROMANÆ
Coram R. P. D.
CORRADO
IN CAVSA
Romana fideicommissi de Cosciaris.

Lunæ 16. Martij 1648.



ROMAE, Ex Typographia Reu. Cam. Apostol. M. DC. XLVIII.

SVPERIORVM PERMISSV.



Digitized by Google



PETEBATVR pro parte RR. Monialium, & Monasterij Immaculatæ Virginis in Campo Martio ex personis RR. Eleonoræ, Marcellæ, & Mariæ Dianæ in eo professarum immissio in possessionem Casalis nuncupati de Vallerano tãquam subiecti fideicommisso per q. Pacificam de Matthæis ordinato, quod per mortem Io. Hieronymi Cosciari vltimi ex descendentibus illius masculis prętenditur ad earum, vel alterius ex eis fauorem purificatum. Verùm causa pluriès proposita, & exactè discussa Domini resoluerunt non esse concedendam.

Quia Testatricis dispositio his verbis conscripta,, *Herede suo vniuersale instituisce, e fa M. Marco Antonio Cosciaro figliuolo legitimo, e naturale di M. Ludouico Cosciaro suo figliuolo, & tutti li altri figliuoli maschi pure legitimi, e naturali, che nasceranno dal detto M. Ludouico &c. Et sustituisce li figliuoli maschi del predetto M. Ludouico l'uno all'altro morendo senza figliuoli maschi legitimi, e naturali, e con li descendenti loro pur maschi legitimi, e naturali in infinitum. E li prohibisce à tutti l'alienatione delli beni stabili di detta heredità per qualsiuoglia causa, saluo per causa delli debiti, che sin hora si trouano di essa Testatrice, e del detto suo figliuolo per cause ciuili, e cause di dote. Mancando la linea masculina legitima, & naturale del detto suo figliuolo succedano in tal caso, & non altrimente le figliuole femine, ouero M. Antonio figliuolo naturale del detto M. Ludouico, se più piacerà al detto M. Ludouico &c.* Visa fuit Dominis comprehendere solam Eleonoram filiam d. Ludouici, ac eiusdem Pacificæ neptem superstitem tempore mortis præfati Io. Hieronymi, non autem Marcellam proneptem ex M. Antonio nepote, neque Mariam Dianam abneptem ex eodem Io. Hieronymo pronepote vltimo defuncto progenitas. Nam licet illa fœminarum substitutio apta sit comprehendere descendentes omnes ex masculis prænominatis, quin potius ad d. filiam vltimi grauati referenda videatur. Tamen in proposito casu ex ipso testamenti contextu, legitimisque coniecturis indè resultantibus constat disponentis voluntatem, (quæ maximè attendi debet) ad filias fœminas præfati Ludouici fuisse restrictam. Ideo illæ tantùm censeri debent comprehensæ *l. cum pater. §. hereditatem. il primo. ff. de leg. 2. Ruin. cons. 142. sub num. 17. vers. prætereà in casu lib. 3. Bero. cons. 83. sub num. 15. vers. & ex his. lib. 2. Gabr. cons. 86. num. 17. vers. & generaliter cum quæritur. & cons. 107. num. 8. vers. nam quoties. lib. 1. & cons. 130. num. 33. vers. immò etiam. & sub numer. 38. vers. non obstat quod substitutio. ac seq. lib. 2. Eugen. cons. 94. sub num. 18. vers. istud non procedit. & sub num. 25. vers. non obstat. lib. 1. La-*

Digitized by Google

derch.cons.135.sub num.3.vers.existimo tamen. ac seq. & cons.136. sub num.4.vers.nec dicatur. & seq. vsque ad fin.Surd.cons.31.num.33. vers. & ratio praedictorum est.& cons.362 sub num.10. vers. quibus sic positis. cum seq. Menoch. *praes.94. num.3. vers. prima est coniectura lib.4.* Rot. *decis.460. sub num.3. in fin vers.illa tamen non procedit &c. & decis. 510. sub nu.2. vers.quia placuit responsio. par.1. & decis.627. sub nu.4. vers.ex quibus,par.2.recent.*

Hæc autem Testatricis voluntas (prætermissis generalibus argumentis, quæ à DD.adduci solent, & per informantes repetuntur) specialiter in hoc casu probatur. Primo quia ipsa dispositio vnica oratione, ac verborum periodo concepta, quod deficiente linea d.Ludouici ipsius filij succedant filiæ fęminæ, vel Antonius filius naturalis præfati Ludouici apertè designat filias eiusdem Ludouici verbis immediatè antecedentibus, ac subsequentibus nominati, & contemplati, quibus media declarantur, *l.haeredes palam. §. 1. vers.sed & si. ad fin. ff.de testam. l. si seruus plurium. §. fin. vers.item earum. ff.de leg.1. gloss. in l.ille à quo. §. si de testamento.in verb. verba fideicommissi. ff. ad S.C. Trebel,Bart.in auth.hoc locum.sub num.12 in fin, vers. voluntatem testatoris. C.si secund.nups.mul. Alexan. cons.56. consideratis verbis testamenti.sub num.2.vers.& satis patet ex praedictis. lib.1. Dec. cons.92. visso puncto.num.2.vers.vnde succedit.* Corn.*cons.59.num.16. vers.itaque dicta verba lib.2.Bero.cons.83.sub num.15.vers.huic sententiae lib.2.*Mantis.*de coniect.lib.6.tit.13.sub num.1. in fin. vers.nam ex praecedentibus, & sequentibus &c Laderch. d.cons.145. sub num.3. vers.quare cum tam priora verba, quam posteriora &c. & seq.* Rot. *penes Burat.decis.782. sub num.4.vers.cum praecedentia. & decis.930.sub num.5. vers. & sic etiam &c. & in recent.decis.41. sub num.3.vers.vt ergo. par.2.& decis.93.sub num.18 in fin.vers.vtique. & seq.ac.decis.111.num.42.vers.vnde dicitur.& seqq. par.5.*

Secundò quia verba illa in fine d.periodi adiecta *del detto M.*Ludouico *&c.* non solum concernunt, ac referuntur ad Antonium filium naturalem, sed ad filias quoque fęminas Ludouici eodem contextu alternatiuè vocatas; Sicut verbum antecedens (*succedano*) tam illas, quam illum pariter respicit. Ideoq. omnes vnica oratione comprehensi, eisdem verbis pariformiter determinantur, & qualificantur, *ad l.iam hoc iure. vers, sed si aliter. ff. de vulg & pupil. l.quamuis. C.de impub.& aliis substit.* Vel saltem vna pars declarat aliam *l. 1. ff.de reb.dub.*Bart.*in l.praetor. S. eritq. hac differentia. in fin. princip. vers. nam cum omnia.& sub num.1. vers. aut inseruntur sub eadem oratione. ff.de vi.bon.rapt.Franc, Aret.cons.1. sub num.12. vers.& hac sententia.*

Paris.

Paris conf.72. sub num.35. vers.& ipse Curt.&c. lib.4. Crau.conf.208. sub numer.6. vers.ad idem. Surd. decis.88. sub num.22. vers.& quando vnica est oratio. cum seqq. Rot.decis.70. num.2. vers.nam in dicto priuilegio.& decis.780.num.12. vers.dictum fuit.par.1. diuers. & penes san. mem.Gregor. decis.85. num.19. vers.vnde dicendum. & in recent. decis. 407. sub num.8. vers.tum quia clausula par.3. & decis. 194. num.95. vers.itaut. par.5.

Tertiò quia alternatiuè vocatæ fuerunt filiæ fęminæ, vel Antonius filius naturalis Ludouici, quæ quidem alternatiua regulariter arguit similitudinem qualitatum vtriusque subiecti sub ea comprehensi *dict. l.1. ff. de reb. dub. & ibi* Bart. & DD. *Bald. conf.33. verba instrumenti. sub num.1. vers.erit ergo sensus iste. lib.1. Crau.conf.899.num.6.vers.id enim alternatiua habet &c. Alb.conf.234.num.14. vers.quarta ratio. & num.23. uers.quinto uulgare est. ac seq. & conf.531. num.46. uers.nam si illa dictio &c.* dicens quod prior pars orationis alternatiuæ debet intelligi iuxta secundam partem, *Ceph.conf.53. num.67. uers.& de natura alternatiua est. ac num.91. uers. quæ conclusio. cum seqq. & consil.450. num.31. uers.quibus accedat. Rim.iun. conf.676. num 33. uers. nec illa uerba.* Laderch.d *conf.92. num.10. uers. quarto quia.* Rot. *penes bon.mem.Card.Seraph. decis.376. num.4. uers. cum una pars alternatiua. ac decis.393. num.8. uers.cum enim.* & in hac specie probat *Surd.d. conf.315. sub num 3.uers ergo clausula. & seq.*

Quartò quia pluries in eadem ipsa oratione facta fuit mentio de linea, filijs, & persona Ludouici, concessaque illi facultas præferendi proprium filium naturalem filiabus fęminis, addita semper dictione illa *di detto M.Ludouico,* quæ magis conuincit eius solius personam fuisse apprimè consideratam, ac præoculis semper habitam à Testatrice, *Bart.in l.talis scriptura. sub num.4. uers.quæro ergo quod si testator. ff.de leg.1. Crau.conf.98. num.8 uers. tertia restrictio.* Menoch. *conf.86. numer.43. uers.quod ex eo confirmatur. cum seqq. Surd.d.conf.31. num.32. uers ita quando. & d.conf.315. num.3. uers.et dictio.* Honded. *cons 49. num.14. uers. ponderando. & seq. lib. 2.* Rot.*decis.47. sub num.2. uers. ponderando maximè. & decis.320. num.3.uers. præsertim. & decis.390. sub num.5.uers. cum igitur. par.3. & decis.194. num.5. uers.quæ sunt personalissima. & decis.458. numer.66. uers. cum dictio. par.5. & decis.15. sub num.8. uers. quæ uerba &c. par.7. recent.*

Quintò quia in præcedenti quoque institutione, ac substitutionum serie quoties Testatrix eodem nomine filiorum vsa fuit dispositiuè, addidit semper (*di m. Lodouico*) Vndè magis ennixa, atque propensior erga illum, ac eius filios dicitur ipsius voluntas ad interpretationem

huius posterioris plurimum conferens *l. qui filiabus in princip. ff. de leg. 1. Rim. iun. d. cons. 676. nu. 23. vers. sed utcunque sit. Menoch. d. cons. 215. sub num. 48. vers. cum itaque & seqq. Surd. cons. 369. sub num. 16. vers. sed etiam colligitur voluntas &c. ac seqq. & cons. 375. nu. 12. vers. & illa repetitio &c. Rot. decis. 566. sub numer. 2. versicul. & propterea par. 1. recent.*

Neque obstat quod præcedens substitutio inter descendentes masculos institutorum in infinitum ordinata videatur aduersari prædictæ interpretationi, atque conuincere vocationem fœminarum postremo loco factam de filiabus eorũdem masculorum, & præsertim vltimi descendentis intelligendam, non autem Ludouici, quæ longissimo exacto tempore, quo descendentia masculina erat verisimilitèr duratura, superesse non poterat.

Quia licet Testatrix perpetuum constituerit inter eius descendentes masculos fideicommissum, quod diutissimè permansurum speraret, cum tamen illius duratio non penderet à voluntate ipsius. Ideo prudenter animaduertens, quod citiùs etiam quàm ipsa optasset extingui poterat, (sicut videmus in dies contingere.) Voluit hoc eueniente casu viuentibus adhuc filiabus Ludouici illas succedere, siuè Antonium illius filium naturalem, si tunc superstes, & à patre prælectus fuisset, vt legitur in testamento; Si verò vltrà earum vitam linea masculina protraheretur nihil aliud disposuit, ac proinde in persona vltimi ex ea terminabat fideicommissum, vt probatur *ex text. in d. l. cum pater §. hereditatem in fin. vers. viriles autem vbi gloss. in verb. non fuerit ff. de leg. 2. Roman. cons. 438. sub num. 15. vers. quidam verò moderniores Soc. iun. cons. 30. sub numer. 27. vers. nec quicquam obstat lib. 3. Ruin. cons. 38. in fin. vers. postremò lib. 3. Alciat. cons. 31. sub num. 39. vers. nec obstat quod conditio respiciat futurum lib. 9. Laderch. d. cons. 136. sub num. 6. vers. tertio & hac responsio cum seq.* Atque ità huiusmodi obiecto bene respondit *Rot. Bonon. apud Cas. Barz. decis. 4. sub num. 44. vers. Quartum pariter resolutum fuit non obstare cum seqq. vsq; in fin.* Neque ex perpetua descendentium masculorum substitutione (cessantibus legitimis coniecturis, quæ omninò in hac parte deficiunt) inferri potest similis fęminarum post eos simplicitèr vocatarum *Cran. cons. 131. sub num. 4. vers. tractus autem temporis. Alciat. cons. 5. sub nu. 40. vers. In casu enim nostro lib. 4. Laderch. cons. 58. sub num. 31. vers. respondeo &c. Peregr. de fideic. art. 18. sub num. 13. vers. Contr. tamen decidit cum aliis adductis in decis. 357. num. 6. vers. non obstat & seq. par. 1. Recent. & penès Card. Caualer. decis. 496. sub num. 8. vers. sed quod filij Fabij & seq. & per Fusar. de substit. q. 450. sub nu. 11. vers. Vndè fideicommissum &c.*

Firma-

Firmata igitur vocatione Eleonoræ. Sequitur quod cum illa ante ingressum in Monasterium cesserit amplissimè, ac renunciauerit M. Antonio, ac cæteris eius fratribus omnia eius iura præsentia, & futura super quibuscunq. bonis hæreditatibus ex testamento, & ab intestato, ac etiam substitutionibus paternis, maternis, auitis, & alijs purificatis, ac purificandis, vt legitur in Instrumento rogato per Curtium Saccotium Notarium sub die 27. Nouembris 1584. non potest modò ipsa, nec ex eius persona Monasterium illa exercere præfati testamenti vigore, cum fuerint irreuocabilitèr acquisita cessionarijs, ac eorũ hæredibus, & successoribus (qualis in effectu est D. Victorius) vt in terminis benè probant, alijs relatis, ac reiectis contrarijs *Didac. in Relect. cap. quamuis pactum par. 3. §. 2. sub nu. 3. vers. contrariam sententiam & seq. Franch. decis. 375. sub num. 1. vers. excipiebat contra prædictas sorores & seqq Peregr. cons. 54. sub nu. 16. vers. circa autem cessionem & renunciationem ac seqq. lib. 5. &* Mastril. *decis 65. à numer. 7. versic. Ideò stantibus prædictis renunciationibus cum seqq Rota in Viterbien. Bonor. 2. Maii 1614. coram bon. mem.* Manzanedo *in Recent. decis. 587. num. 9. vers. Ex his inferebant Domini, & per tot. par. 1. in Romana fideicom. de Coron. 26. Nouembris 1627. coram bon mem. Card. Viril. decis. 109. à numer. 1. versic. nam Francisco & seqq. part. 5. & in* Perusin. *Hæreditatis 7. Februarii 1628. coram eodem Viril. decis. 141. num. 12. vers.* Renun*ciationes ergo supradictæ ead. par. 5. & penès* Buratt. *decis. 310. sub numer. 5. vers. quo verò ad Margaritam & seq. vsque in finem, & in Roman. fideicom. de Incoronat. 5. Nouembris 1639. coram bon. mem. Pirouano in §. Sed propterea. & in* Maceraten. *pecuniar 20. Iunij 1644. coram R. P. D. meo* Otthobono *in princip. & per tot. & ex aliis modern. Rom. discept. 568. à num. 18. vers. stante igitur ac seqq.*

Neque subsistit quod eiusmodi Renunciatio ius fideicommissi, de quo agitur, non comprehendat ob defectum tùm potestatis Eleonoræ, quæ illius conditione adhuc pendente non potuit cedere, vel donare quod non habebat *l. si ita scriptum §. si sub conditione ff de leg. 2. l. qui potest §. quod quis ff. de* Reg. *Iur.* tùm voluntatis, & cõsensus eiusdem, cum non legatur in ea facta specialis mentio dicti testamenti, ac tenoris illius, nec renunciatio *l. de his ff. de Transact.*

Quia potestas frustra impugnatur, cum non agatur de simplici repudiatione, de qua leges obiectæ disponunt; Sed de solemni Renunciatione interueniente stipulatione, ac iuramento facta Iuris ex fideicommisso conditionali eo vsque tempore (præmortua iam testatrice) in spe ex causa de prætèrito in futurum purificanda cõpetentis, quod pacto, ac stipulatione cedi, atque remitti potuit in præiudicium re-

 nuncian-

nunciantis, & causam habentium ab ea sub implicita conditione, quatenùs ipsa viuente conditio purificaretur *l. 1. C. de pact. l. de fideicommisso C. de Transf. l. spem. C. de Donat. & declarat gloss. in d. l. si ità scriptum §. si sub conditione in verb. non possumus ff. de leg. 2. & in d. l. qui potest §. quod quis vers. sed pactum valet. ff de Reg Iur. Bart. in l. qui cum tutoribus in fin. princ. vers. ratio differentiæ ff. de Transact.* & latiùs explicat *in d. l. 1. sub num. 4. vers. quandoque est ius, quod competit spe.* & infra *in vers. quandoque est aliquod ius &c.* loquitur etiam de iure ex causa de futuro, neque re, neque spe competente, quando verba pacti, seù stipulationis congruunt *Roman. cons. 22. sub num. 2. vers. contrarium tamen veriùs censeo. Dec. cons. 31. Pro tenui facultate sub numer. 5. vers. Et per pactum, & infr. Soc. cons. 34. sub num. 5. vers. sed ad hoc lib. 4. Rimin. iun. cons. 15. num. 128. vers. Et cum dicta verba & seq. Gabr. cons. 135. sub numer. 3. versic. tertius est, ac seq. lib. 2. Ladercb. cons. 133. num. 6. vers. & in specie. Surd. cons. 267. sub numer. 20. versic. Postremò non aduersatur & seqq. ac sub num. 36. versic. nisi dicamus & sub num. 40. vers. tamen etiam ea spes. & cons. 308. sub nume. 29. versic. nam aliquod est ius competens &c. Gam. decis. 264. sub num. 1. vers. potest enim futurus successor. Peregr. de fideicom. art. 52. sub num. 11. vers. limitatur communis hac conclusio. & sub num. 14 vers. pacto autem & sub numer. 35. vers. Aut Ius habet originem*, & in his terminis *in cons. 52. sub num 17. vers. si enim obiiciat lib. 5. & Mastril. d. decis. 65. num. 5. versic. quo fiebat. & seqq.* Rota penès *Buratt. decis. 366. numer. 5. vers. quod facilius ac seq. & pleniùs in Recent. decis. 12. num. 4. vers. neque obstat cum seqq. & decis. 292. à numer. 15. vers. quo verò ad renunciationem iuris quærendi, & decis. 320. numer. 1. versic. non obstat quod prætenditur. & seqq. par. 6. Recent.*

Voluntas verò manifestè conuincitur tam ex causa illius Renunciationis præcipua, atque finali, vt abiectis mundanis opibus, & illecebris Deo intensius in perfectiori Religionis statu seruiret, quam ex verbis ipsis, ibi, *Refutauit, renunciauit, & donauit irreuocabiliter, & inter viuos supradictis &c. omnia iura, nomina, & actiones &c. sibi competentia, & competitura in, de, & super quibuscunque bonis &c. & hæreditatibus paternis, maternis, patruis, Auitis, fraternis, & sororijs quibuscunque etiam post illorum mortem tam ex testamento, quam ab intestato, & tam ratione successionis, quam ratione legitimæ, siue illius supplementi, aut alia ratione, iure, modo, titulo, & causa &c, ità, & taliter quod sit, & esse debeat ampla, larga, & generales, & quod trahatur ad cognita, & incognita, etiam quantumcunque dissimilia, aut maiora, & penitùs extranea, & incognita &c. Et sciens valorem hæreditatum, &*

iurium

iurium, quæ sibi competere possent ad longè maiorem quantitatem &c. donauit &c. deditque, & cessit prædictis &c. præsentibus &c. omnes hæreditates, substitutiones, & successiones prædictas purificatas, & conditionales, particulares, & generales ex causa de præterito, vel de præsenti & futuro, vel alias paternas, maternas etiam dotales, fraternas, Auitas, proauitas, patruorum, auunculorum, materterarum, & amitarum &c. & alias quascunque ex testamento, vel ab intestato, tam ex linea ascendentium, quam transuersalium vtriusque sexus &c. in quibuscunque bonis &c. vel aliàs quomodolibet, & ex quauis causa obuenientes &c. vel obuenturas ita quod &c. nullo iure &c. cum Clausulis transferens &c. *Ad habendum &c. & aliis, ac iuramento.* Quæ sanè cum sint amplissima, geminata, & repetita, & de substitutiouibus etiam conditionalibus in fututum purificandis, hæreditatibusque, ac successionibus testamentatijs etiam Auitis mentionem faciant, nullo iure retento, vel reseruato &c. deliberatam, & manifestam demonstrant intentionem, & voluntatem Eleonoræ comprehendendi hanc substitutionem, & hæreditatem Auitam (in qua etiam sola hactenus constat ea verba posse verificari) ità vt opponi non valeat defectus illius consensus *l. sub prætextu la secunda C. de Transact. gloss. in l. 1. §. sed videndum in verb. succedat versic. Sed quid si simpliciter ff. de success. Edict.* Bart. *in l. Aurelio §. Caius sub numer. 11. versic. prædicta vera nisi appareat &c. ff. de deliberat. legat. Castr. cons. 30. super puncto ista ad fin. vers. Sed in casu nostro par. 1. Port. cons. 142. à num. 21. vers. Sed tamen in quæstione nostra &c. & seqq. per tot. Surd. d. cons. 267. sub numer. 5. versicul. Cæterum & seqq. per tot. Honded. cons. 49. à numer. 8. vers. Primo quia & seqq. per tot. lib. 1. & post alios Mastril. d. decis. 65. sub num. 4. versic. Sed ex aduerso dicebatur. & seqq. vsque ad fin.* & fuit plenè probatum *in d. Vsterbien.* Bonor. 20. *Iunii* 1614. *coram Manzanedo & 10. Iunii 1615. coram Remboldo in Recent. decis. 714. à num. 1. vers. considerauerunt enim & seqq per tot. par. 2. & decis. 598. sub num. 1. vers. nam dicta Portia & seqq. par. 3. & in d. Perusin. Hæredit. coram Card.* Viril. *decis. 141. per tot. par. 5. et 26. Iunii 1628. apud modern. ad stat. Perusin. decis. 96. et penès Burat. d. decis. 310. sub d. num. 5. vers. quo vero et seq. ac in d. Roman. fideicom. de Incoronat. coram bon. mem. Pirouan. in d. §. Sed propterea* & latè comprobat *d. Modern. Roman. d. discept. 568. à nu. 27. vers. neque est dubitandum et seqq.*

Ac proinde non aduersatur in hoc casu dispositio *d. l. de his ff. de Trans.* licet non fuerit illi explicitè, sed dumtaxat generalitèr cum iuramento renunciatum. Quia cum ex prædictis constet de ennixa, & deliberata voluntate Eleonoræ intendentis renunciare omnia, & quæcunque

cunque

cunque, & qualiacunque iura etiam conditionalia ex testamentis, vel aliter competentia, & ad quamcunque summam ascendentia nullis retentis. Indè benè deducitur intellectualis præcedens illorũ apprehensio, inspectio, atque cognitio, quam voluntas obsequta actum propositæ renunciationis compleuit, quo casu prædictæ legis dispositio substantialitèr adimpleta cẽsetur iuxta receptam theor. *Bart.in l.qui Roma §.duo fratres sub num* 17. *vers. sed puto hoc sufficere. ff.de verb.obligat.et prius in ead.l.de his sub numer* 6. *vers.concludo ergo.* vbi benè declarat *Castr.sub num.*4. *vers.si apparet quod voluit remittere &c. et ibi Iacob.de* S.*Georg.sub num.*8. *vers.potestis considerare opiniones huiusmodi. et Ias. sub num.*8. *vers. contrarium. Rip. in d.l.qui Roma §.duo fratres sub nu.*70. *in fin. vers.sed aduerte, quod sufficit ff.de verb. oblig. Ruin.cons.*156. *sub num.*5. *vers.nec isto casu.et seq.lib.*2.*Soc.iun. cons.* 116. *à num.*71. *vers. qua solutio et seqq.lib.*1. *Osasch decis.* 112. *sub num.*20. *vers.nec obstare videtur. et seq. Rimin. iun. d.cons.* 15. *numer.*129. *vers.nec dici potest. Menoch. cons.*401. *num.* 120. *versicul.est autem certum, ac seq.* Rot.*d.decis.*714. *sub num.*7. *versic.stante etiam d. generalitate verborum et sub nu.* 8. *versic. fallit etiam par.* 2. *Recent. et penès Buratt.decis.*658.*num.*9. *versic.quia sufficit, et in* Bononien. *de Vizzanis* 15.*Iunii* 1643. *coram* R.P.D *meo Bichio in* S.*Nec refert quod de tempore mortis in versic.Prout etiam nihil facit.&* 15.*Ianuarii* 1644. *in § fin.* & comprobat *Marc.in cons.*139.*sub numer.*20. *versic Respondetur cum seqq.& numer.*27.*versic. quartò respondetur, & modern.Nouarien. de Renunciat. Cent.*2. *cap.*135.*sub numer* 7. *versic.Sed apparere debet.& seqq. vsque in fin.* Et propterea in his terminis faciliùs admitti potest conclusio, quod sub sequenti generali, & iurata renunciatione omnium legum, quarum vigore, ac beneficio liceret vnquam actum impugnare eius quoque formalitas comprehensa fuerit, vt sensit *Ruin. d.consil.* 156 *sub numer.*7. *versicul.sed vbi interponitur iuramentum. lib.*3 *Natt.consil.*145. *numer.*5. *versicul. Tertiò respondeo. & seq. Bec.cons.*108. *numer.* 30. *versic. quintò. Osasc. d.decis.* 112. *numer.* 21. *versic. cui etiam responderi posset Surd. d.consil.* 267.*sub numer.*10. *versic. sed ex alio quoque cum seq. Honded.consil.*33. *numer.* 39.*versic. Hac tamen non erat necessaria libro primo. Peregrin. de fideicommiss. artic.* 52 *sub numer.* 49 *versic.Vt autem iuramentum &c. & versic. Aut in genere*, quia scilicet renunciabat cuicunque fideicommisso,, ibi,, *renunciantes cum iuramento beneficio d.l.de his &c. vel omni iuris, & legum auxilio &c.* quam aliàs dixit magis communem *Rota in Viterbien. Transact.* 3. *Martii &* 5. *Nouembris* 1572.*coram Gropper.in eius manuscript.decis.* 374. *&* 377.

ac

Digitized by Google

ac in Recent: decis.665. sub numer.9. versic. quæ cùm sint adeò prægnantia par.1. & in Romana fideicommiss.9. Decembris 1637. coram Eminentiss. D. meo Card. Panzirolo in fin. vers. & cessare videtur omnis difficultas & sequitur Mantic. de tacit. lib. 26. tit. 2. sub num. 25. versic. sed maior & sub num. 33. vers. cæterum, & Mart. d. cons. 139. numer. 9. vers. Item. cum seq.

Prædicta verò Dominis visa fuerunt admittenda præsertim quando agitur de huiusmodi Renunciationibus, quæ fieri solent per volentes ingredi Religionèm, in quibus regularitèr non viget suspicio læsionis, fraudis, ac deceptionis, ideoque non adeò rigidè considerantur, sed fauorabiliùs interpretantur, ac sustinentur, quam factæ per manentes in seculo, vt per *Molin. de Primogen. lib. 2. cap. 3. sub numer. 27. versic. In hac autem re Mastrill. d. Decis. 65. sub numer. 11. versic. Accedebat. & seqq.* Rouit. *cons. 44. sub numer. 15. versic. Et est maxima differentia &c. lib. 1.* & fuit consideratum *in d. decis. 714 sub numer 9. versic. Et non militans. par. 2. Recentior. & in d. Perusina Hæreditatis 26. Iunii 1628. coram bon. mem.* Cardin. *Viril. apud d Modern. ad stat. Perusin. decis. 96. in fin. & d decis. 141. numer. 1. versic. Primo quia & seq. par. 5. Recent. & in d. Maceraten. pecuniaria 20. Iunij 1644. coram R. P. D. meo Otthobono in §. & in hanc sententiam, & comprobatur in vtraque decis. Bononien. de Vizzanis coram* R. P. *D. meo Bichio in locis præcitatis & per d. Modern. Roman. d. discept. 568. numer. 31. versic. & non solum. ac seq.*

Hincque infertur non aduersari Decisiones *in Vrbeuetan. Hæreditatis coram Manzanedo 14. Iunii 1623. & 22. Martii 1624. in Recent. decis. 523. & 724. par. 4 tom. 2.*

Quia præterquod in eo casu agebatur de Renunciatione puellæ nuptæ in seculo, quæ strictiùs (vt dictum est) interpretatur, quàm volentis profiteri Religionem. Illa etiam facta fuerat verbis longè strictioribus, & subdubijs ad iura forsan competentia, vel competitura ex causa tamen de præsenti purificata relatis, prout apparet ex Instrumento super ea celebrato sub die vigesima tertia Februarij 1619. rogato Petro Bucciotto Notario Vrbeuetano in vltima Positione eiusdem Causæ sub *numer. 1.* vt ponderatum fuit *in d. decis. 523. numer. 9. versic. quia dicta verba. cum seq. & d. decis 724. sub numer. 2. versicul. quia fuit responsum, & sub numer. 6. versic. Et sic non apposuisset dictionem (forsan.)* Ideoque non applicantur casui nostro, in quo tàm ex causa, quàm ex amplissimis Renunciationis verbis (quæ

con-

congruè non possunt restringi) constat Eleonoram deliberatè intendisse, atque voluisse comprehendere omnia, & quæcunque, ac qualiacunque iura etiam futura, & conditionalia nullis retentis *Pers. Imol. d. consil. 142. sub numer. 67. versic. Tertiò nec officit. & seqq. Menoch. consil. 289. numer. 6. versic. ea est solida huius sententiæ ratio. ac seq. & cons. 335. à numer. 22. versicul. quintò cum seqq. & sub numer. 38. versic. non obstat quintum. Modern. Roman. d. discept. 568. sub d. numer. 31. & numer. 32. versic. Vndè cum tot rationes*. Qua distinctione pariter concordantur cæteræ omnes Decisiones in contrarium allegatæ, vt fuit responsum in *d. decis. 714. sub numer. 2. versic. Deindè dixerunt cum seqq. & sub numer. 8. versic. nec dicatur. & infr. sub numer. 9. versicul. Et non militant in Renunciatione facta verbis adeò amplis &c. part. 2. & d. decis. 658. numer. 5. versic. quæ cum salua ratione &c. ac sub dicto numer. 9. versic. cumque verba sint aptissima &c. apud Buratt. & in Romana successionis de Comitibus* 23. *Iunii* 1642. *coram Reuerendissimo Domino meo Decano. in* § *Neque applicantur Decisiones &c.*

Minus obstant obiecti defectus solemnitatum in Contractibus mulierum, & minorum viginti annis requisitarum ex dispositione Statut. Vrbis lib. 1. cap. 151. Ac insinuationis præscriptæ in præcedenti cap. 150. eiusdem libri. Cum aliæ per Sacr. Concil. decretæ in cap. 16. sess. 25. de Regular. adhiberi non debeant in huiusmodi Renunciationibus factis ante ingressum, vt sæpiùs respondit Sacra Congreg. & Rota firmauit præsertim in illa *Romana Donationis coram* R. P. D. *meo* Roias 1. *Februarii* 1640. & 17. *Decembris eiusdem anni in* §. *fin.*

Quia solemnitates ordinatæ *in d. cap.* 151. (quatenus in hoc casu requirerentur) seruatæ probantur ex ipsius Instrumenti lectura, in quo interuenit Hieronyma dictæ Eleonoræ mater, & tutrix, ac curatrix testamentaria. Et licet alij etiam duo fuissent cum ea simpliciter relicti tutores, & Curatores, nempè DD. Fabius de Maximis, & Simon Tigeronus, cum tamen neque coniunctim, neque alijs verbis simultatem importantibus deputati essent, censebantur in solidum, ideoque alterius ex eis interuentus, & auctoritas sufficiebat *l. etsi pluribus ibique gloss. in verb. sufficiat. Bart. & DD. ff. de author. & consens. tut. & Curat. l. final. ibique gloss. in verb. sufficere. Cod. de Auctorit. præstand. l. 1. & ibi gloss. in verb. ab vno. versic. primò ergo casu. C. si vnus ex pluribus tut. & Curat. Bart. in l. quod dicimus* §. *si duo in princip. versic. quæro an semper sufficiat. ff. de Author. & consens. tut. & Curat.* Rot. de-

cis. 211.

*cis.211.sub num.2.vers quia est speciale par.2.*Recent.*cum aliis relatis per modern.*Roman. *discept.86.nu 10.versic.Nam quamuis & seq.* Nec illa poterat ideo excludi, quod proprium in ipso actu habuisse interesse probari videatur ex illis verbis Instrumenti, *refutauit, renunciauit &c. DD. Marco Antonio, & Tiberio, pro se, ac vice, & nomine supradicti Domini Martii, ac Dominæ Hieronymæ &c.* Quia dignoscitur euidens error scripturæ ex ipso contextu qui talis est, *cum præsentia, & interuentu supradictæ* Dominæ *Hieronymæ eius matris, & Curatricis ibidem præsentis, ac consentientis, refutauit, ac renunciauit DD. M. Antonio, & Tiberio pro se, ac vice, & nomine supradicti Domini* Martii, (qui erat alter eorum frater absens,) *ac Domina Hieronyma, & me Notario præsentibus &c.* Constat enim ex recta orationis constructione Hieronymam ibi præsentem, vna cum dd. Marco Antonio, & Tiberio, ac Notario acceptasse pro Martio altero filio absente, non autem pro se ipsa, licet Notarius errauerit in describendo illius nomine in genitiuo loco ablatiui, qui sanè error vero sensui, ac intellectui præiudicare non potest, sed corrigi debet *l.cum in testamento.ff.de reb.dub.l.si librarius.ff.de reg.iur. Bald.consil.33.verbo instrumenti.numer.2.versic.respondeo. & consil.117.il secondo.Verba debent ita.in fin.vers. & quia uera littera debent esse &c. lib.1.* Gabriel.*cons.130.sub numer.40.uersicul.hoc enim verbum.& seqq. usque ad fin. lib.2.* Neque vrget replicatio, quod in eodem actu filiæ renuncianti auctoritatem præstare, & pro altero filio absente stipulari non posset. Quoniam id non erat iure prohibitum *l.accipientis.ubi* Bart. *sub princip.uersic.tertio modo &c.ff.de author.& consens.tut.& curat. Stef.* Lamberteng. *de contract.eorum.gloss.11.super uerb.agnati.sub numer.75.uers.uerum in contrarium.& seq.*præsertim vero dum ipsi nihil inde acquirebatur *l.1.uers.tamen.& ibi Bart.sub numer.5.uers.sunt enim.per Italiam statuta.cum seq.& l.quod dicimus.ibique gloss.in uerb.acquiritur.ff.eodem.* Et omnia gesta fuerunt cum Iudicis Decreto, & consanguineorum interuentu, ac consensu palam, & bona fide *ad l.pupillus.§.item ipse tutor.uers.sanè.ibique gloss.in uerb.palam.ff.eod.l.non existimo.uers.& multum refert ff.de admin.& peric.tut.& curat. Alex.in l.1.§.fuit quæsitum.sub numer.2.uers.aut in contractu ultrò citroque obligatorio.ff.ad S.C.Trebel. Socin.cons.80.numer.16.uers.licet ista responsio.ac seq.lib.4.Gabr.cons.5.numer.24.uers.receptum uerò est.lib.2.*Lamberteng.*de tract.de contract.eorum gloss.10.super uerb.cum ipso marito.numer.2.uers.primus est.ac seq. Ros.pe-*

nes Put. decis.31. sub numer.3. uers. tertio fuit dictum. lib.3. Cardin. Seraphin. decis. 1004. *numer.7. uersic. non obstat quod. mater tutrix auctorizauerit. & decis.* 348. *numer.1. uers. sed Rota &c. cum seq. & numer.3. uers. neque refragabatur par.4. diuers.* Præterea interuenerunt duo proximiores consanguinei nempè Dominus Hieronymus de Pichis, & Dominus Franciscus de Rusticis, nec alij probantur tunc fuisse in Ciuitate propinquiores, qui adesse possent, vt necessarium esset *Corn. cons.*241. *sub numer.7. vers. Idem si non sunt præsentes in loco. & seq. lib.2. Crauett. cons.*80. *sub num.*14. *vers. conclusio tamen. Paseth. cons.*147. *sub num.3. vers. Et in terminis. ac seq.* Rot. *penès Achil. decis.4. de Præs. & Sanct. mem. Gregor. decis.*459. *num.*10. *vers quia non sufficit, et in* Recent *decis.*261. *sub nu.6. vers. nec releuat. par.4. tom.2.* Ac demùm Iudicis præsentia, & Decretum ex iusta causa ibidem expressa interpositum iuxta formam eiusdem statuti. Atque ipsius Eleonoræ, testiumque subscriptio, vt disponitur in antecedenti cap.149.

Insinuatio autem non erat necessaria. Tum quia in huiusmodi renunciationibus ex causa ingressus in Monasterium ad fauorem propinquorum emanatis, non viget (vt dictum est) ratio fraudis atque læsionis, ob quam leges tam communes, quàm municipales eam fieri iubent *Dec. d. cons.*31. *sub numer.5. vers. vltimo non obstat. vsque in fin.* Rot. *d. decis.*714. *num.9. vers. Atque hinc in similibus* Renunciationibus *par.2. recent. Sanchez. super Decalog. lib.7. cap.6. sub numer.*20. *vers. Vndè infertur.* Tum quia illæ irreuocabilitatis robur accipiunt ex tempore professionis emissæ, sicque mortis ciuilis renuntiantis, ac proindè instar Donationis causa mortis ad hunc effectum potiùs censeri debent *Bero in cap. In præsentia sub numer.*155. *vers. sed aduertas*, ibi, *Ideò melius dicendum est &c. de* Probat. *& plenè firmauit* Rota *in* Romana *Donation. de Melchior.* 16. *Martii* 1620. *penès* Buratt. *decis.*461. *per tot.* quæ fuit approbata *in Roman. Donation.3. Iunii* 1641. *coram R. P. D. meo Royas. in §. fuit enim multipliciter responsum &c. et in d. Murcraten.* Pecuniar.20. *Iunii* 1644. *coram R. P. D meo Ottbobono. in §. Nullitas* Renunciationis *ob defectum insinuationis &c. ac in aliis*, & latè comprobat *Manent. cons.*58 *per tot. lib.*1.

Eoque minus in proposito casu, in quo stante solutione dotis factâ per fratres Eleonoræ etiam ex dispositione paterna in summa solita pro Monialibus, quæ congrua censetur etiamsi longè maior constituatur nubentibus in seculo, vt fuit dictum *in Romana Dotis* 21. *Iunii* 1602. *coram Sanct. mem. Gregor. decis.*63. *nu.*17. *vers. non*

verſ.non obſtat quod Monialis debeat dotari. et ſeq. et in alia Romana *Dotis* 14.*Martii* 1635. *coram bon. me. Merlino in Recent. deciſ.*30. *ſub numer.*25. *verſic. Rationabilis viſa fuit par.*7. Cœtera omnia eius iura licet ſuper bonis magni valoris prætenſa, erant tamen (prout hactenùs dignoſci poteſt) eo tempore illiquida, & incerta à futuro euentu prædecedentiæ, atque extinctionis lineæ maſculorum, ac eiuſdem Eleonoræ ſuperuiuentiæ pendentia, ideoque non facilè poterant certa adeò æſtimatione penſari; vt eiuſmodi legibus de inſinuatione diſponentibus ſubijcerentur *iux.text.in l.ſancimus* §.*ſi quis autem talem. verſic. Incertus enim fortunæ exitus. & ibi gloſſ. in verb. fortuna. & in verb. poſſibile ſit. C. de Donat.* Nec ideò quicquam de bonis Renunciantis tunc detractum, vel Renunciatario additum fuit; ità vt vel illa pauperior, vel iſte ditior effectus fuerit *l.ſi ſponſus* §.*Hoc autem ex eo, & in fin. verſic. Vbicunque igitur. & l.quod autem. ff. de Donation. inter vir. & vxor. l.ſubſtitutio ff. de acquir. rer. domin. Anton. Gomez. var. Reſolution. tom.*2. *cap.*4. *de Donation. ſub numer.*10. *verſic. Item etiam prædicta habent locum. & verſic. Secundo infero. Rota deciſ.* 447. *numer.*35. *verſic. quia in vtroque caſu. & ſeq. par.*5. *& d.deciſ.*12. *à numer.*11. *verſic. Nec eſt verum &c. & plur. ſeqq. & d.deciſ.*292. *à numer.*20. *verſ. Placuit reſponſio. & ſeq. ad numer.*28. *& d deciſ.*320. *numer.*22. *verſ. & in terminis. cum ſeqq. & ſub numer.*34. *verſ. ſecundum. ac ſeq. par.*6. Recent. *& in* Signina *Bonor.* 9. *Iunii* 1645. *coram me. in* §.*fin. verſ. Eoque minus.*

Præterquod ſi fuiſſet neceſſaria. Adhuc etiam ex curſu longiſſimi temporis ſexaginta annorum, & vltrà à dicta Renunciatione vſq; ad litem hanc motam elapſi cum ſilentio eiuſdem Eleonoræ, ac Monaſterij præſumeretur interueniſſe *Rot. penès Puth. deciſ.*132. *lib.*2. *in Correct. & Cardin. Seraphin. deciſ.*742. *numer.*4. *vers. tertio quod dicitur. & Cardin.* Caualer. *deciſ.*575. *ſub numer.*10. *verſic. tamen viſum fuit &c. ac ſeq. & deciſ.*876. *numer.*4. *verſic. Et in omnem euentum par.*4. *Diuerſ. ac in Recent. deciſ.*682. *numer.*18. *verſic. Immò videbatur par.*4. *tom.*2. *& ſæpè in alijs.* Nec enim deficit obſeruantia ex vtraque parte. Quia certum eſt Dotem, & acconcium à fratribus Eleonoræ promiſſum fuiſſe ſolutum. Illam verò paſſam fuiſſe fratres, ac eorum hæredes gaudere beneficio Renunciationis, nec aliud quicquam petijſſe etiam ratione annuorum ſcutorum viginti quattuor in eodem Inſtrumento promiſſorum, vel quia æedem partes intenderint eſſe comprehenſos in penſionibus Domus, & Apothecæ ipſi pridiè aſſignatis, vel

quia

Digitized by Google

quia aliter conuenerint, vt fuit consideratum *in Conchen. Decimarum de Villanueua 5. Maij 1600. coram rec. mem. Cardin. Pamphilio. in §. Neque obstat quod obseruantia moderna, & penès Card. Caualer. d. decis. 575. numer. 12. vers. Prædicta autem obseruantia &c.* et *in Recent. decis. 31. sub numer. 3. vers. nec de obseruantia &c. par. 4. et d. decis. 682. numer. 20. versicul. Attamen responsum fuit. ead. par. 4. tom. 2.* & comprobatur ex dictis *in Roman. Salu. de Casalib. 21. Iunii 1641. coram* R.P. *D. meo Cerro in §. Prima desumpta fuit ex eo. vers. Vndè cum nec Michael, nec eius descendentes*, & rursus *in eadem 13. Martij 1644. coram* R.P. *D. meo Peutingerio. in §. Immò quatenus Casalii &c.*

Et ità fuit conclusum vtraque parte informante &c.

Digitized by Google